



aequanimitas, atis. subs. f. FORMA **b** animaequitas INSCR CIL 6.11259. GLOSS 5.439.58. ETYM aequanimus. [FREQ humilis 24^{indicia} 1,4 /d.c.m. 161 TERT] *uocabulum litterariis scriptis omne genus praeter lyricos aptum; usibus pro numero mediis, pro rata parte doctis praeualet; omnibus temporibus apparet, e.c. praeualens.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	exponendo	1	0,3
	narrando	5	0,9
	argumentalis	15	2,1
	dramatica	2	4,6
	satirica	1	5,2
DIACHRONICA	III-II aec.	2	5
	I aec.	1	0,3
	I-II ec.	12	3,1
	III-V ec.	9	0,95
DIAPHASICA	media	19	1,4
	docta	5	2,4
DIASTRATICA	litteraria	23	1,7
	technica	1	0,3
MODUS	prosa	21	1,4
	uersu	3	1,5

¶ **a** animi benignitas • benevolencia, amabilidad o gentileza [HYPER bonum philosophicum SIM "benignitas"] 161 TER Phorm 34. adeste aequo animo per silentium ... quem actori' uirtus nobis restituit locum bonitasque uostra adiutans atque aequanimitas. 79 PLIN Nat 18.123. Lens ... inuenio apud auctores aequanimitatem fieri uescentibus ea. 378-380 AMBR Hex 5.15.52. inter grues aequanimitas in laboribus est, humilitas in potestatibus. GLOSS 2.317.23. εὐθυμία aequanimitas.

b PHIL postea sensum moralem apud philosophos protulit, necnon apud satiricos, animi constantiam benignitatemque significans • luego tomó un sentido moral, utilizado claramente en contextos filosóficos y morales, entre los cuales se incluye la sátira, y pasó a significar la tranquilidad y constancia de espíritu [HYPER bonum philosophicum HYP constantia, fidelitas, firmitas, "integritas"^b, obstinatio, patientia, perseuerantia^a, pertinacia, perpersio, perseuerantia^a, securitas, tolerantia] 46-43 PUBLIL 383. Medicina calamitatis est aequanimitas. 63-65 SEN Epist 66.13. inter se paria sunt tranquillitas, simplicitas, liberalitas, constantia, aequanimitas. 91.18. nulli dare faciliora possum, sed quisquis uolet sibi ipse illa reddet faciliora'. Quomodo? aequanimitate. 210-213 TERT Anim 1.4. sapientia Socratis de industria uenerat consultae aequanimitatis, non de fiducia compertae ueritatis. 400 HIST AUG Pius 12.6. signum tum tribuno aequanimitatis dedit atque ita conuersus, quasi dormiret, spiritum reddidit.

Aequanimitas. feminae nomen • nombre de mujer *Ecuanimidad* [HYPER NOMEN femina] INSCR CIL 10.3594. Aeliae Aequinemitati filiae.